Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



130

turos · quanto magis ne predicarent eis precipiebat · ut
quid hoc precipiebat · nisi quia pigris uolebat ostendere ·
quanto studiosius quantoq; feruentius eum predicare debe
ant · quib' iubet ut predicent · quando illi qui prohibebant
tacere non poterant · Sequ' marcus · In illis dieb; iterū
cū turba multa eet cū ihu · nec haberent quod manducarent ·
& cetera usq; ad illud ubi ait · Respondit illi iohannes dicens ·
Magister · uidimus quendam in nomine tuo eicientē demo
nia · qui non sequitur nobiscum · & prohibuimus eū · hic autē
ait · Nolite prohibere eum · Nemo est enim qui faciat uirtutē
in nomine meo · & possit cito male loqui de me · Qui enim
non est aduersum uos. pro uobis est · Hoc lucas similiter
narrat · nisi quod ipse non dicit · nemo est enim qui facit
uirtutē in nomine meo · & possit cito male loqui de me ·
Nulla autem est in eis questio cuiusquā repugnantie · sed; uiden
dum est ne hoc illi sententie dni putetur contrarium ubi
ait · qui mecū non est · aduersum me est · & qui mecū non colli
git spargit · Quomodo enim iste non erat aduersus eū
& qui cum illo non erat · de quo iohes suggessit · quod
cum illis eum non sequebatur si aduersus illum est qui
non est cum illo · aut si aduersus illum erat · quom dicit
discipulis nolite prohibere eum · qui enim non ē aduersū
uos · pro uobis est · An hoc inter esse aliquid dicet · quia
hic discipulis ait · qui non est aduersum uos pro uobis est ·
ibi autem de se ipso locutus est · qui mecum non est · ad
uersum me est · Quasi uero posset cum illo non ē qui dis
cipulis eius tamquā membris eius sociatur · Alioquin
quom uerum erit · qui uos recepit me recipit · & quando
uni ex minimis meis fecistis · michi fecistis · Aut potest